



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Papirii Massoni Descriptio Flvminvm Galliae, Qva Francia Est**

**Masson, Jean Papire**

**Parisiis, 1678**

Argenteus Amnis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13059**

DRV-  
ENTIA.

*Sinus mille quingentis passibus terra  
cohaeret, qua firmissimis turribus fre-  
quens murus opponitur. Quippe olim  
Græcos Italosque illuc, cum artibus  
ingenioque pollerent, ipse etiam  
docuit locus, omnia quæ bello vsui  
forent largius in eam partem quæ  
adiri posset impendens, cum natura  
in cæteris cæptum operis remisisset.  
Massiliæ autem templum dica-  
tum Cassiano superest, ejusque libri  
de Incarnatione excellentes sunt, &  
qui illos negligit, is sciat se esse pue-  
rum, futurumque imposterum in-  
doctiorem.*

---

*Argentens Amnis.*

**E** Montibus Provinciae *Argen-*  
*teus* amnis dilapsus decurrit in-  
ter S. Martini & Væregias nota loca.  
In eum postea *Chalilo* rivulus labi-  
tur, & sub Carse nobili fundo alii  
duo, *Carannia*, ad quem sita est  
*Brignollia*, in cujus agro delicata  
sunt pruna, vt etiam ab institoribus  
vendenda Lutetiam afferantur. Ali-  
ter fluuiolus *Candunia* appellatur,

*Cau-  
dunc, r.*

Francia.  
ffibus terra  
uribus fre-  
Dippe olim  
cum artibus  
ipse etiam  
e bello vsui  
artem quæ  
cum natura  
ris remisit.  
plum dica-  
jusque libri  
ntes sunt, &  
t se esse pue-  
osterum in-

nnis.

ciæ Argē-  
decurrit in-  
tas nota loca.  
rivulus labi-  
ili fundo alii  
uem sita est  
agro delicata  
o institoribus  
ferantur. Al-  
appellatur,

per Flumina.

391

ad quem situm est nobilissimum ca-  
strum *Fulcaquerie* ab Innocentio  
III. in Decretalibus epistolis cogni-  
tum. Ab eo loco *Toronetum* fluit, po-  
stea..... cui *Draconiana* vrbs appo-  
sita est *Foroiuliensis* dioceseos,  
vbi amphitheatrum, plurimaque  
antiquitatis vestigia se ostendunt.  
Denique *Rocham Brunam* pervenit,  
prope quam in mare labitur divisus  
in brachia duo, in sulamque faciens,  
Itaque *Argenteus* amnis quatuor  
aut quinque ad summum pontes  
habet. Cum in epistolis *Marci Tullii*  
*Ciceronis* *Argentei* pontis vnus  
tantum mentionem fieri videamus  
in hunc modum epist. 34. *Cum au-*  
*dissem Antonium cum suis copiis pra-*  
*misso Lucio Antonio, cum parte equi-*  
*tatus in provinciam meam venire, cum*  
*exercitu meo conflente Rhodano castra*  
*movi, ac contra eos venire institui. Ita-*  
*que continuis itineribus ad Forum Vo-*  
*contii veni, & ultra castra ad flumen*  
*Argenteum contra Antonianos feci. Et*  
*eadem epistolâ 34. Data 4. Calendas*  
*Aprilis à ponte Argenteo. Et lib. 10.*  
*epistolâ 35. sub finē: Vale 12. Cal. fu-*  
*nias ex castris ex ponte Argenteo. An-*

DRVEN  
TIA.  
Folca-  
quier.

R. iiii.

392 *Pap. Mass. descr. Francia*  
*tonius Idibus Maiis ad Forum Julii*  
*cum primis copiis venit. Ventidius*  
*bidui spatio abest ab eo. Lepidus ad*  
*Forum Vocontii castra habet. Quilo-*  
*cus à Foro Julii quatuor & viginti*  
*millia passuum abest. Ejus flumi-*  
*nis ostium Ptolomæus ponit inter*  
*Olbiam & Forum Julium. Prope*  
*& sub eo fluit Argentens fluvius ma-*  
*ioris fame quàm inflator. Hæc sunt*  
*verba nobilis historici Guilielmi*  
*Bellaii viri militaris. Et à Foro Ju-*  
*lio Modium vsque sunt tantum qua-*  
*tuor provinciales leucæ, quarum*  
*quælibet complectitur quatuor mil-*  
*lia passuum.*

*Mais.*

*Les isles  
d'Eres.*

## AREARVM INSVLÆ.

*Innocentius tertius Arelatensi Ar-*  
*chiepiscopo, ut in Arearum in-*  
*sula monachi de Episcopi con-*  
*sensu & voluntate instituantur.*

**A**D audientiam nostram nove-  
*ris pervenisse, quòd cum olim*  
*in insula Arearum fratres quidam*